Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26558
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Quoniam autem inter lilia. iam sepe dictum est. Pul
chra es amica mea et decora sicut ierusalem. ter
ribilis ut castrorum acies ordinata. Averte ocu
los tuos a me quia avolare me fecerunt. Ca
pilli tui sicut grex caprarum que apparuerunt
de monte galaad. Dentes tui sicut greges
ovium que ascenderunt de lavacro. omnes ge
mellis fetibus et sterilis non est in eis. Sicut cortex
mali punici. sic gene tue absque occultis
tuis. Sexaginta sunt regine et octoginta
concubine et adolescentularum non est numerus.
Una est columba mea perfecta mea. una est ma
tris sue electa genitricis sue. Viderunt
eam filie syon. et beatam predicaverunt. re
gine et concubine laudaverunt eam. Que est
ista que progreditur quasi aurora consurgens
pulchra ut luna electa ut sol. terribilis ut
castrorum acies ordinata. Descendi in hor